Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



143

CHAL.

mo. Vidi sapiam tuam in tuam
pulchritudinem. Ante faciem regum dedi te:
ut cuncti te in multitudine mu-
ratorum tuorum. Et in magnitudine negotiationis tue posuisti sanctificationem
tuam. Ponam te ignem de medio
tui qui comedat te: et dabo te in
cinerem super terram in aspectu omnium
videntium te. Omnes qui viderunt
te in gentibus obstupescent super te.
Vehementes fies et non eris in perpetuum.
Et factus est sermo domini ad me dicens.
Fili hominis pone faciem tuam
contra sydonem: et prophetabis de ea et
dices. Hec dicit dominus deus. Ecce
ego ad te sydon: et glorificabor in me
dio tui: et scient quia ego dominus
cum fecero in ea iudicium: et sanctificatus
fuero in ea: et emittam in ea pestilentiam.
et sanguinem in platheis eius: et cor
ruent interfecti in medio tui gladio
per circuitum: et scient quia ego dominus.
cum fecero in ea iudicium: et sanctificatus
fuero in ea. Et non erit ultra domus
israel offendiculum amaritudinis. et
spina dolorem infens undique. Et
cognoscent quia ego dominus deus. Hec
dicit dominus deus. Cum congrega
vero domum israhel de populis in quibus dispersi sunt. sanctificabor in eis coram
gentibus: habitabunt in terra sua quam
dedi seruo meo iacob: habitabunt
in ea securi: et edificabunt domos
et plantabunt vineas: habitabunt
confidenter cum fecero iudicia in omnibus
qui adiudicant eos per circuitum: et scient
quia ego dominus deus eorum.

In anno decimo. Cap. xix.
in x. mense. in xii. mensis fuit
verbum domini ad me di
cens. Fili hominis pone fa-
ciem tuam contra pharonem regem egypti.
prophetabis de eo et de egypto universa.
Loque et dices. Hec dicit dominus
deus. Ecce ego ad te pharo rex egypti.
draco magne qui cubas in medio
fluminum tuorum. et dicis: meus est flu
menus: et ego feci memetipsum. et ponam
frenum in maxillis tuis. et adglutina
bo pisces fluminum tuorum squamis
tuis: et extraham te de medio flu
minum tuorum. et universi pisces fluminum tui
squamis tuis adherebunt: et projiciam
te in desertum. omnes pisces fluminum
tuorum super faciem terre cades. non colli
geris neque congregabis. Bestiis terre
et volatilibus celi dedi te ad devorandum
omnis scient omnes habitatores e
gypti. quia ego dominus. Pro eo quod
fuisti baculus harundineus domui
israel. cum apprehenderunt te manu et
fractus es. et lacerasti omnem humerum
eorum et innitentibus eis super te com
putus es. et dissoluti sunt omnes re
nes eorum. Propterea hec dicit dominus
deus. Ecce ego adducam super te
gladium meum: et interficiam de te
omnem hominem et iumentum: et erit
terra egypti in desertum et solitudinem:
et scient quia ego dominus. eo quod
dixerit fluvius meus est. et ego feci eum.
Idcirco ecce ego ad te. et ad flumina
tua: dabo terram egypti in solitu
dinem. gladio dissipata. a turre syenes
usque ad terminos ethiopie. non per
transibit eam pes hominis. neque
pes iumenti gradietur in ea: et non
habitabitur xl annis. dabo quoque terram egypti desertam in medio terrarum deserta-
rum. et ciuitates eius in medio urbium
vastabuntur erunt desolate xl annis.
et dispergam egyptios in nationes et
ventilabo eos in terras. quia hec dicit